

The Electronic *Manipulus florum*

www.manipulusflorum.com

Curiositas am cum uariis

Mus sillaba est; mus autem caseum rodit; sillaba ergo caseum rodit. Quod michi ex ista sententia periculum imminet? Quod incomodum? Aut forte acutior est ista collectio: Mus sillaba est; sillaba autem caseum non rodit; mus ergo caseum non rodit. O pueriles ineptias! In hoc supercilia subduximus; in hoc barbam demisimus. Hoc est quod tristes docemus et pallidi. Si multum esset etatis, parce dispensandum erat ut sufficeret necessariis; nunc que demencia est superuacua discere in tanta temporis egestate.

Seneca XLIX. epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

Curiositas am] Curiositas an P V¹ V² L¹ L²; sillaba ergo caseum rodit *om.* B; rodit quod] rodit quid B P V¹; imminet quod] imminet quid L²; aut] an P V¹ V² L¹ L²; ista] illa L²; demisimus] dimisimus P V¹ V² L¹ L²; est quod] est quid L²; sufficeret] sufficere V²; egestate.] egestate? V² L¹ L²